



**LATIN
HIGHER LEVEL
PAPER 1**

Monday 15 November 2010 (afternoon)

1 hour 30 minutes

Candidate session number

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCTIONS TO CANDIDATES

- Write your session number in the boxes above.
- Do not open this examination paper until instructed to do so.
- Answer question 1 or question 2 in the spaces provided.
- The use of dictionaries is permitted for this paper.



Answer question 1 or question 2.

Translate into English the section of the passage indicated between the asterisks. A translation of the rest of the passage appears on the facing page.

1. Cicero is defending Caelius who is charged with seditious violence. In this passage he is answering to the prosecution's general vituperation of Caelius' immorality.

sed tu mihi videbare ex communi infamia iuventutis aliquam invidiam Caelio velle conflare.

- * itaque omne illud silentium quod est orationi tributum tuae fuit ob eam causam quod uno reo proposito de multorum vitiis cogitabamus. facile est accusare luxuriam. dies iam me deficiat, si quae dici in eam sententiam possunt coner expromere; de corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sumptibus immensa oratio est. ut tibi reum neminem sed vitia ista proponas, res tamen ipsa et copiose et graviter accusari potest. sed vestrae sapientiae, iudices, est non abduci ab reo nec, quos aculeos habeat severitas gravitasque vestra, cum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem et in reum, cum is non suo crimine sed multorum vitio sit in quoddam odium iniustum vocatus. *
- 5
- 10 itaque ego severitati tuae ita ut oportet respondere non audeo. erat enim meum deprecari vacationem adulescentiae veniamque petere.

Cicero *pro Caelio* 29



2. **Jupiter transforms Io into a white heifer. Day and night Argus watches over Io who is miserable in her new form.**

Naides ignorant, ignorat et Inachus ipse,
 quae sit; at illa patrem sequitur sequiturque sorores
 et patitur tangi seque admirantibus offert.
 645 decerptas senior porrexerat Inachus herbas;

* illa manus lambit patriisque dat oscula palmis,
 nec retinet lacrimas et, si modo verba sequantur,
 oret opem nomenque suum casusque loquatur.
 littera pro verbis, quam pes in pulvere duxit,
 650 corporis indicium mutati triste peregit.
 “me miserum!” exclamat pater Inachus inque gementis
 cornibus et niveae pendens cervice iuvencae
 “me miserum!” ingeminat, “tunc es quaesita per omnes
 nata, mihi terras? tu non inventa reperta
 655 luctus eras levior. retices nec mutua nostris
 dicta refers, alto tantum suspiria ducis
 pectore, quodque unum potes, ad mea verba remugis.
 at tibi ego ignarus thalamos taedasque parabam,
 spesque fuit generi mihi prima, secunda nepotum.
 660 de grege nunc tibi vir, nunc de grege natus habendus. *

nec finire licet tantos mihi morte dolores,
 sed nocet esse deum, praeclusaque ianua leti
 aeternum nostros luctus extendit in aevum.”

Ovid *Metamorphoses* 1.642–663



